Ecce sicut oculi servorum: in mani-
bus dominorum suorum. Sicut oculi an-
cille in manibus domine sue: ita ocu-
li nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur
nostri. Miserere nostri domine miserere nostri:
quia multum repleti sumus despec-
tione. Quia multum repleta est
anima nostra: obprobrium habundan-
tibus et despectio superbis. Ps.
Nisi quia dominus erat in nobis
dicat nunc israel: nisi quia dominus
erat in nobis. Cum exurgerent ho-
mines in nos: forte vivos deglu-
tissent nos. Cum irasceretur fu-
ror eorum in nos: forsitan aqua absor-
buisset nos. Torrentem pertran-
sivit anima nostra: forsitan pertran-
sisset anima nostra aquam intollerabi-